



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 60. Joannis Baptistæ Spinolæ Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

servitio dictæ Ecclesiæ singulis diebus Sæc. XVII.
de præcepto. A.C. 1704.

§. LX.

*Joannis Baptista Spinolæ Cardina-
lis obitus.*

Luxerat Roma hoc anno mortem sex Vit. Card.
part 1. omnino Cardinalium, quorum qui
dam splendida sacri Collegii luminaria fol. 29.
erant. Hos inter primus occurrit Joan- Merc. His.
al An. 1704.
nes Baptista Spinola origine Genuensis
& patria Madritensis, qui floridam æta-
tem inerti otio tranfigere nescius, tam
præclarum in literis progressum fece-
rat, ut ad varia beneficia in Neapolis
Regno nominari, ac demum mortuo
Julio Spinolæ ejus Patruo in Matealano
Episcopata succedere promereretur:
Eo autem sponte dimisso meritis non
minus quam auro dives, prudentia &
circumspectione clarus Romanus venit,
ubi a Clemente X. S. Congregationi
Episcoporum a secretis, electus, postea
Romanæ Urbis regimen in se suscepit.
Hoc munere, quod alias Principum
invidiam, populi odium, improborum
convitia, & propriæ mentis fastidia
tanquam individuos comites habet,
cum maxima Pontificum, Principum-
que satisfactione perfunditus est, atque
Innocentii XI. favorem atque æstima-
tionem

Sæc. XVII. tionem præcipue eo nomine sibi con-
A. C. 1704. ciliabat, quod justitiæ tenacissimus no-
xios severis debitisque poenis coerce-
ret, innoxiis jus suum reddere, cum
etisque forensibus litibus finem impo-
nere festinaret: quapropter purpura
depositibus meritis a præfato Ponti-
fice decoratus est, cuius tamen ful-
gore adeo tutus non erat, quin Prin-
cipum Europæorum odia acrius in se
concitaret, eoquod Pontificis edicta
contra Oratorum Asyla, petulantem
mulierum vestitum, ludos, & theatra,
necnon contra Monachos vagos ema-
nata exequi cogeretur: Innocentio au-
tem duodecimo ad supremum Pontifi-
catus apicem evecto Spinola laborio-
sum Gubernatoris munus, quo per
sexdecim annos functus erat, dimisit,
ac legatione Bononiensi honoratus, ea
paulopost ob adversam valetudinem re-
nuntiata Romam contendit, tranqui-
læ vitæ solatio fruiturus. Mortuo de-
mum Pontifice Sacra Comitia ingre-
sus, mordacioris Momi aculeos effu-
gere haud poterat; facta enim allu-
sione ad ejus nomen sequentes ad il-
lius Palatum affixi legebantur ver-
sus:

Multi-

Multiplices hæc *Spina* rosas ferit, Sæc. XVII.
A. C. 1704.
apta coronæ.

Attamen hæ fuerint, nescio, Petre,
tuæ.

Nempe manus teneras plectens dum
Spinola quærit,

Lædit, & ob spinas displicet ipsa
rosa.

Quarto demum post anno ex podagra, quam sibi per licentiosam juventutis vitam attraxisse dicitur, Romæ die quarta Januarii anno ætatis septuagesimo nono decessit.

§. LXI.

Henrici Norisii Cardinalis extrema.

Illustre Romanæ Ecclesiæ decus, & nobilissimus Augustinianæ Familiæ solitudo. Priest. cont.
pag. 1015.
occidit, Henricus Norisius Cardinalis.

Hic Veronæ natus, primisque literarum elementis, & sacratioribus disciplinis imbutus, pervolvendis D. Augustini operibus animum adjecit, tanti que Doctoris amore incitatus, Sacrum ipsius Ordinem ac institutum professus est. Florentias studiorum caufsa missus, literarum amore flagrantissimus, adolescens in juvenum, juvenis in Vi torum studia cogitationes suas protendit, ac nonnisi literatorum consortius,